

Johann Tarnow Nicolaus Hildermannus

Disputatio Theologica continens Exeges In Dicti Johan. 1. v 14. Verbum caro factum est

Rostochi[i]: Pedanus, 1624


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn737675268>

Druck Freier  Zugang



Kort.: N. Kildersmanns

F. Tarnovius/a
R. U. theol. 1624.



D. T. O. M. A.
DISPUTATIO THEOLOGICA
continens

EXEGESIN

Dicti Joh. I. v. 14.

Verbum caro factum est:

QUAM

In Academia Rostochiensi

PRÆSIDE

JOHANNES TARNOVIO

SS. Theologiæ D. & Professore

Publicè examinandam proponit

NICOLAUS HILDERMANNUS

Hamburgensis,

*ad diem Aprilis, horis matutinis, in
Auditorio Magno.*



ROSTOCHI

Excudebat Joachimus Pedanus,

Anno M, DC, XXIV.

NO. 10. 21.
DISPUTATIO THEOLOGICA
CONTINENS

EXEGETICA

Disputatio
Vetus Latina
in
Luce Evangelii

JOHANNES
CLORE
Rostock





ΣΥΝΘΕΩΝ

THESIS I.



On immeritò in Canticò Canti-

corum: c. 1, 5, 6. Ecclesia Christi in has que-

ribundas resolvitur voces: *Nigra sim, at de-*

cora sum, filia Jerusalem, ne respiciatis ad me,

quod sim subnigra, quod sol me contuitus sit, atq;

adeò suis radijs denigrarit, quod filij matris meæ accensi irâ con-

tra me disposuerint. Universæ enim diaboli armaturæ con-

tinuò exponitur, qui ut nullo non tempore, ita inprimis hoc

postremo rerum ad finem & ruinam properantium articulo,

instar Protei varias assumit formas; nunc serpentis speciem

induit & fallit, nunc leonem agit & sævit. Hoc quidem mo-

do cruentarum persecutionum æstu faciem sponsæ regis be-

nignissimi Ose. 2, 19. denigrare, sanguineq; perfuso made-

facere satagit; isto autem, schismate quodam excitato βδελύ-

γμῶτα tetra calumniarum, sophismatum, imò blasphemiarum

invehit, quibus splendor hujus faciei deformatur, &

doctrinæ coelestis æterna, immota, perspicua & simplex ve-

ritas valdè obscuratur.

2. Adeò hoc verum est, proh dolor! ut nullus veræ

religionis Christianæ articulus maneat illibatus & inconcus-

sus, omnesq; eandem sortiantur fortunam: inprimis verd

ille, quem contemplationi huic addiximus *περὶ τῆς μυστηρίου*

ὁμολογημένου μεγάλου 1. Timoth. 3, 16, de mysterio singulariter

mirabili, & admirabiliter singulari, qui ut maximè est *μονόθεο-*

πᾶσι καὶ ἐξαιρέσει, ita maximo cum impetu à temporibus

usq; apostolorum ad hæc nostra secula, per varias hæreses
nebulis obducitur cimmerijs, perplexitatibus involvitur, gra-
vissimisq; impeditur controversijs.

3. Non enim animarum illum cœlestem latronem
fugit, in hoc doctrinæ Christianæ capite ipsum salutis nostræ
verti cardinem, quo semel emoto, aut saltem convulso à sua
sede, salutem quoq; nostram periclitari.

4. Et si verò cum philosophorum filijs fatendum :
scientiam nostram humi repere per tenebras circa sola acci-
dentia; Scriptura tamen absolutissima fidei & vitæ regula,
nostro sese attemperans captui, nobiscum quasi balbutit : &
ut alijs fidei articulis certas metas assignavit, quas ultra eva-
gari periculosum; ita cardinalem hunc de adorando *ἐνομορκί-
σεως* Christi mysterio, non uno saltē loco nervosè & fideliter,
quantumq; ad fidem nostram & salutem satis est, pertractat.

5. Inter alia testimonia circa subjectam materiam
lampadis instar emicat caput primum fidelis illius *Χριστοφίλης*
Joannis Evangelistæ, cujus hac vice unicum tantummodo
versiculum delibare, & in enodatione illius, iniciò præmissâ
τῶν ὄρων succinctâ *ἐκθέσει*, unionis modum, prælucente cœle-
sti divinæ sapientiæ pharo, sub examinis incudem vocare :
deinde quædam confectaria adijcere annitemur.

6.

Johan. 1. v. 14.

Ὁ Λόγος σαρκὸς ἐγένετο

Verbum caro factum est.

7. Verba hæc sunt altivolantis aquilæ, Joannis apo-
stoli & euangelistæ, qui non ausus fuit loqui, quæ ex sugge-
stione præceptoris sui non haberet. Non obiter igitur & per
transennam hæc tantum, limisq; quod dicitur, oculis, sed
accuratiore pupillâ introspicienda, nostroq; instituto ordi-
ne accommodanda erunt.

8. Duo autem potissimum disquirenda veniunt : 1.

τὸ 1^{ον}

τὴ ἐνοσρκωθῆν, Persona incarnata. 2. ἡδὲ τῆς ἐνοσρκώσεως
Incarnationis modus.

9. Quod ad prius, digito quasi indice Evangelista ostendit, τὸν λόγον sive verbum incarnatum esse. Nec obstat quod in fonte utrumq; nomen antecedit verbum, & λόγος & σάρξ; articuli enim adjectio subjectum distinguit à prædicato, & unum, & quod solum atq; verè tale dicitur, indigitat. Sicuti observasse Cyrillum, Chrysostrum, Theophylactum & alios, testis est Gesnerus comment: super hunc locum. Quæ regula etsi non καὶ παντὸς & universalis, quia tamen articulus ὁ Evangelista aliquoties repetitur, eoq; vocabulum λόγος insignitur, non potest non congruere præsentī subjecto, & designare ἐν ἡ ἐξαιρέσειν sublime & solum.

10. Ὁμωνύμως autem vocem λόγος in scripturis usurpari, notum: Aut enim in substantia accipitur pro ipsâ rationis & intellectus essentia v. g. quando homo dicitur λογικόν, seu ἄλλοζον ζῶον, Animal intellectu præditum; aut significat accidens mentis, operationem nimirum intellectus. Qui λόγος duplex est: Prior ἐνδεδίχθη sive πρὸς ἑαυτὸν, arcanus non editus, quem mens intra seipsam fabricat. Sic etiam, Hebræis חֲשַׁב idem est, quod cogitare, seu apud se dicere, Exod. 2, 14. Psal. 14. v. 1. 1. Reg. 15. 5; alter προφορικὸς sive πρὸς ἕτερον, vocalis & editus, qui ad maniculo vel vocis Matth. 12, 36. 37. vel calami Act. 1, 1. foras progreditur. Vide apud Flac. part. 1. clav. p. 1247.

11. Neutra potestas enunciationis propositæ subjecto κυρίως competit, sed intelligitur hic secunda individua & sacrosanctæ trinitatis persona, ἀρχὴ ἀναρχος, principium omni principio carens, & ἄχρονος omni tempore antiquior, & perpetuum Ens, omniumq; entium seu rerum autor. Id quod loci Johannitici περιέσσωσις apertè evincit. Dicitur enim
1. ab aeterno seu in principio creaturarum fuisse. 2. Omnia per

ipsam facta, quæ facta sunt. Quæ duò non nisi de divina essen-
tia prædicari possunt. Adde, quod idem disertis verbis etiam
affirmat euangelista noster Apoc. sua c. 19, 13. inquit *καλέ-
ται τὸ ὄνομα αὐτῆς ὁ λόγος* & *τὸ ἦν* confer 16. ubi idem appellatur:
Βασιλεὺς βασιλέων, καὶ κύριος & *κυρίων.*

12. *λόγος* appellatur 1. generationis respectu: quia à
Patre ante jacta fundamenta mundi Proverb. 8, 10. genitus
est, cujus est imago essentialis, Character *ὑποστάσεως* & splen-
dor gloriæ ejus Col. 1, 15. Hebr. 1, 3. 2. Officij Prophetici ra-
tione, quia patrem ejusq; consilium annunciat, factus aposto-
lus nostræ confessionis Hebr. 3, 1.

13. Cur autem Johannes voculam *λόγος* & non aliam
usurpare voluerit, interpretes hanc afferunt rationem: quod
Syrorum *ܢܗܠܘܢ* & *ܢܗܝܡܢ* Chaldæorum æquipollentes fue-
rint filij Dei appellationes, ad quas ætate Christi in Judæa (lin-
guæ Hebrææ puræ usu magna ex parte abrogato) usitatas A-
postolum respexisse ferunt. Vide Chemnit. Harm. Euang. c. 1.
p. 7, Druf. in annot. N. T.

14. Deinde voce *carnis* notari solet vel integer ho-
mo, anima rationali & corpore organico præditus, vel ejus
corpus, vel corporis pars tantum: interdum etiam alijs mo-
dis de concupiscentia & carne peccati, ut Paulus loquitur
Rom. 8, 8, 9. aut etiam brutis animalibus accipitur.

15. In hac evangelica propositione, *caro* phrasi S.
sancti propriâ, notat integram humanam naturam, quam *ὁ
λόγος* assumpsit in individuo consideratam: Non corpus duntaxat,
sed alteram quoq; nobilissimam partem *σωτηρικὴν* con-
stituentem humanam naturam. Idem enim scriptura etiam
animæ Christi passim mentionem facit Matth. 20, 28. & 26, 38.
Luc. 23, 46. & euangelista noster c. 10, 12, 12, 27.

16. Habuit autem Sp. sanctus graves causas, cur ma-
luerit *carnis* vocabulum hic usurpare, quam *hominis* nimi-
rum

rum ut ostendat, τὸν λόγον assumpsisse non solum integram
essentiam naturæ humanæ; verum etiam infirmitates eas,
quæ adherent naturæ humanæ propter peccatum, quod sic
exponit Apostolus Roman. 8. v. 3. *Deus misit filium conforma-
tum carni peccato obnoxia, ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας.* Vide
etiam Phil. 2, 7. & Hebr. 4, 15.

17. Hactenus de primo: Consequens est ut exami-
nemus τὸ ὅτι ἐστὶν ἐν σαρκὶ ὁμοιωσεως, incarnationis modum, quem
maximè illustris nostra phrasis verbo ἐγένετο complectitur.

18. Cum verò per τὸ γίνεσθαι usitatè in physicis mate-
rijs hæc substantia dicatur fieri illa, ut unius corruptio sit ge-
neratio alterius; vel per naturam, ita aër sit aqua; vel per
miraculum, ita ῥάβδος ἐγένετο ὄφεις. Exod. 4, 3. Significationem
hanc à præsentī mysterio alienissimam esse pronunciamus;
λόγος quippe & divinitas mutationis omnis expertus est. De-
inde conferimus inter innumera scripturæ testimonia lo-
cum Paulinum Gal. 3, 13. γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατὰ σάρκα: ubi
γενόμενος non significat Christum mutatum esse in pecca-
tum & maledictum, sed nostram maledictionem in se deri-
vâsse. Quod eatenus præsentī succurrit negotio, quatenus
participium non inducit μεταβολήν. Aliàs ingens discrimen
esse inter τὸ γίνεσθαι loci citati & nostri, non diffitemur: hic
enim substantiæ, ibi accidentis assumptionem, hic persona-
lem unionem, ibi imputationem denotat.

19. Nec est, cur ogganniat Photinisequa Ostorodus
Instit. Germ. c. 18. §. 3. p. 99. Vitiosam esse versionem no-
stram, quæ τὸ ἐγένετο exprimit per factum est, cum significet
fuit: respuit enim omnem figuratam significationem seu
metalepsin (ut rhetores & inter hos Philippus & Quintilia-
nus lib. 8. c. 6. vocant) textus analogia: quæ expressè distin-
guat inter utramq; vocis significationem: quando enim ser-
mocinatur de nudo Esse, omni ortus & principij respectu ex-
cluso,

cluso, utitur non voce ἐγένετο, sed ἦν erat, in principio erat:
Verbum erat, Deus erat: quando verò de ipsa rerum produ-
ctione ortum & principium includente, utitur verbo ἐγένετο:
ut omnia facta sunt per ipsum, quæ facta sunt; sine eo factum est
nihil: mundus factus est, & verbum factum est caro.

20. Non igitur naturæ usitato cursu, sed inusitato &
mirandò: non naturali ordine, sed præternaturali & singu-
lari ἀμεταπλάτως scimus, & ὁλοφύχως credimus, Verbum in-
carnatum esse, assumptione nimirum hominis in Deum, quo-
modo piè & rectè olim Athanasius in symbolo ex c. 2, 16.
Epist. ad Hebr. οὐκ ἀγγέλων ἐπιλαμβάνεται, ἀλλὰ ἀπέρματι
ἀβραάμ, locutus est.

21. Ut sensus sit integræ propositionis: Divinam na-
turam, non quidem Patris, non S. sancti, sed eam, quæ sin-
gulari τρόπῳ ὑπαρξέως, & proprietate Characteristicâ secun-
dæ personæ est limitata, hoc est, filium Dei unigenitum, qui
ex Patre natus ante omnia secula, lumen de lumine, Deus ve-
rus de Deo vero, ἐν πληρώματι τοῦ θεοῦ conceptum à S. san-
cto, Effectivè scilicet & virtualiter, non ex ejus substantiâ, &
incarnatum seu hominem factum esse.

22. Ubi igitur thesi II. subjectum enunciationis Jo-
hanniticæ λόγον αἰώνιον ὑφιστάμενον asserimus, hæreticorum
omnium, qui *Verbum hoc ἀνωτάτων* esse contendunt, toto
pectore execramur *Φλασείας*: utpote Ebionitarum, Samo-
sateni, Photini, Sergeti & aliorum. Deinde Arrianorum,
qui *Verbum* hoc esse κτίσμα καὶ ποίημα ἐξ οὐκ ὄντων blasphe-
mare non dubitant, Ut & Aëtianorum atq; Eunomianorum,
qui non ejusdem cum Patre potentia esse ore impio gar-
riunt. Unde & ἀνόμοιοι vocitati sunt.

23. Voculâ περιηδὸς dextrè ex thes. 15. ponderatâ, in ci-
neres & favillas redigitur Valentianorum, Marcionitarum
& Anabaptistarum corpus sydereum & elementare, quod
Chri-

Christo induunt: Manichæorum δόκησις καὶ Φάντασμα: Apollinaristarum ἀψυχία.

24. Verbo deniq; γίνεσθαι, de quo thes. 18. rectè intellecto Eutychniana naturarum σύγχυσις, & Nestoriana personæ λύσις reprimitur.

25. Argumenta dissentientium ἀνασκευαστῶν chartis hisce illinire operæ pretium haud duxi: partim ne leges brevitatis disputationi præfixæ everterentur, partim etiam, quia Ecclesiæ purioris præcones dudum ea refutarunt.

26. Ut autem ad ipsam duarum naturarum, puta *verbi & carnis*, unionem propiùs accedamus, extra λόγοϋ καὶ σαρκὸς aleam ponimus, *an detur seu facta sit*: cum ejusdem satis illustre testimonium exhibeat aphorismus noster. Λόγος enim *caro factus*: caro verò in ἕνωσιν assumpta: unde arctissimam ἕνωσιν oriri, ipsa litera satis evidentè docet.

27. Syllogisticè sic efferimus: Quæcunq; in propositione junguntur, ita ut unum dicatur esse alterum, illa re ipsa juncta sint oportet: *Verbum* verè *caro factum* dicitur, ut in propositione unum dicatur alterum, nec tamen in illâ absorbetur, nec in *Verbo caro*, nec tertia aliqua ἕνωσις ex utriusq; naturæ concursu resultat, ceu σύνολον aliquod tertium B: necesse est ut *verbum carni* sit unitum.

28. Caterum miraculosa vel singularis planè hæc unio fuit, quæ non paulatim aut successivo motu δημιουργικῶς, sed uno momento absoluta, in utero Mariæ ἀει-παρθένια virtute S. sancti facta est. *Verbum caro factum est*: *Caro* igitur non priùs fuit, quàm *verbum* ei uniretur.

29. Est autem ἕνωσις vocabulum significans conjunctionem duarum vel plurium distinctarum rerum, ut ex illis unum quiddam constituatur. Ea; vel accidentalis vel substantialis. Accidentalem ad præsentis mysterij sublimitatem

B

quam

quàm minimè pertingere, patet inductione modorum: de
quibus exquisitiùs agit Chemnit. de D. N. c. 7. f. m. 96. *illud*
30. Substantialis relinquitur, non *κτ' Φυεμὸν*, qualis
est, cum farinam aquà subigimus; nec *κτ' σύγχυσι*, cum guttu-
la aliqua vini in magnum aliquod flumen infusa absorbitur;
neq; etiam *κτ' σύμμεσον*, ut cum ex aqua & melle fit mullum.
Hos & alios in substantia unitorum modos ab unione dua-
rum in Christo naturarum excludimus. Absit enim, ut Chri-
stum esse *μίαν σύνθετον Φύσιν, καὶ ἕσται* cum Eutychete &
Swencfeldistis, deliremus; quin potius Scripturæ Cynosu-
ram sequentes, duas esse in Christo naturas unitas *ἀδιασπάρως*
indivise, *ἀδιασπάρως* indivulse, *ἀσυγχύτως* inconfuse, *ἀτρέ-
πας* inconvertibiliter, *ἀναλλοιώτως* inalterabiliter, *ἀμεταβλή-
τως* immutabiliter, naturarum unione minimè ipsarum dif-
ferentias tollente, fidem certam ac ratam habemus.

31. *Υποσηκὴν* & personalem hanc *ένωσιν* nuncupa-
mus à termino, hoc est, subjecto (ut ita loquamur) in quo
duarum in Christo naturarum unio facta est. *λόγος* enim
ἰδιουπόσει *καρὸν ἀνυπόσει* & propria *υπόσει* expertem
mediante ineffabili unione in *πανότητι* & unitatem suam *υπό-
σει* assumpsit, & assumendo fecit eam non *υπόσει*, sed
υπόσει ut Damasc. loquitur lib. 3. orthod. fid. c. 9.

32. Luber hoc ipsam demonstratum dare ex ratione
ἀδολεσχῶς enim *καὶ ἀνελιφαδελικῶς* dicitur: id, quod vix subsiste-
re coepit, ei, quod in principio fuit, communicat subsisten-
tiam. Aut enim illud substitisset, antequam subsistere coepis-
set: aut hoc (quod in principio fuit) non substitisset, cum
substitit, quod est ipsum negare ipsum. Accedit si *υπόσει*
illa, quæ *κτ' Φύσιν* ab æterno *πρὸ χρόνου* *υπόσει* fuit, etiam in
tempore *καὶ ένωσιν* *καρὸς* facta non esset *υπόσει*, non una
constitueretur *θεοῦ υἱὸς* persona, sed duæ: non esset unus &
idem Dei & Mariæ filius; sed alius esset hic, alius ille; esset in
Christi

Christo, ut ἄλλο καὶ ἄλλο, sic etiam ἄλλο καὶ ἄλλο, quod asseverare, est manifestè in castra Nestorij transire.

33. Obtenet igitur thesis: *carne* in seipsa vel aliqua peculiari ὑποστάσει, naturaliter sibi tributà, non subsistere, nec assumisse *Verbum*, sed assumtam esse à *Verbo*, quod ὑποστατικόν, & uti nunquam cœpit, ita nunquam expirat: quod est αὐτοπλὴς non ἐκ μέρους, non habet partem extra partem, sed postquam carni communicatum, omne communicatum est, & nihil exceptum τῷ λόγῳ, quod *carne* assumtâ careat, quo *caro* assumta careat.

34. Unus idem, non ἄλλο καὶ ἄλλο, seu duæ distinctæ personæ; sed ἄλλο καὶ ἄλλο, duæ naturæ; quæ incarnatione verbi εἰς ἐν ἡ cojerunt. Secus quàm in rebus fit creatis, in quibus id, quod est ἐντελέχεια primò dat actum essendi τῇ δυνάμει & cum hac unum essentiâ ita constituit; deinde verò actum existendi, quo id quod essentiâ jam est, unum etiam fit unum suppositum vel persona, si natura sit rationalis.

35. Atq; ita *carne* circumscriptibilem (ut loquutus est Athanasius) quatenus particeps jam facta ὑποστάσεως infinitæ, & toti λόγῳ totaliter unita, illocalem quoq; existendi modum sortitam & adeptam esse, disertis fatemur verbis. Tenemus enim axioma: *qualis subsistentia, tale etiam est subsistentis subsistere*, quia hoc subsistit per illam.

36. Quando enim propositio nostra: *Verbum carne factum esse* fateatur, & Paulina, *totam deitatis plenitudinem in eâ σωματικῶς habitare* Col. 2, 9. ait, quid aliud innuit, quàm *carne* in illocali τῷ λόγῳ ὑποστάσει, ubi ubi illa sit, subsistere, & nullibi esse, nisi cum carne per & propter unionem arctissimam, quâ *Verbum* & *caro* sunt unum ὁμοτιθέμενον? Argumentor. Quod *caro* factum & semper in *carne* σωματικῶς habitat, illud extra *carne* nunquam & nusquam est. *Verbum caro* factum est, & in *carne* habitat σωματικῶς. E. Minor est

clara, quia semper & ubiq; manet unio, quæ hac formain
præmissis propositionibus definitur.

37. Sed contrâ sentiunt Calviniani, ἵπώσαν τὸ λόγος
ita *carni* assumptæ unitam esse clamitantes, ut divina natura
in persona Θεανθρώπου post incarnationem potuerit esse, ubi
non sit *caro* assumpta. Hinc pronunciatum in eorum scholis
πολυθρόνητον: λόγος ita est in *carne* & intra *carne*m, ut simul
totus sit extra *carne*m. Hinc similitudines arboris, in qua ra-
dix, truncus & ramus diversis locis & συνεχία partium unita
sunt. Corporis humani, in quo caput, pedes, cor, unita, sed
non uno prorsus loco: Planetarum cum orbe, qui affixum
sibi habet indivulsè astrum, nec tamen astrum est. Solis, cu-
jus corpus in cœlis, ἐνέργεια in terris &c.

38. Stante hac commentitiâ τὸ λόγος incarnatione,
necessarium consequens fuerit. 1. Classicum nostrum dictum
expirare, ex quo veneranda patrum canities confitetur, *car-*
*ne*m per incarnationem factam esse δοχείον καὶ περιβολὴν τὸ λό-
γος, sive ut reddit latinus, *receptaculum & amiculum verbi*.
2. ἵπώσαν τὸ λόγος esse geminam, σύνθετον & ἀσύνθετον, com-
positam & simplicem: σύνθετον alicubi, ubi per essentialē
quoq; est humana natura: ἀσύνθετον, ubi ipsa esse non potest,
quia est alibi. 3. ἐνωσιν ὑποστατικὴν nihil esse, nisi Nestorianam
παράστασιν. 4. Duos esse Christos, unum ἐνωσικόν in cœlis, al-
terum ἀσύνθετον in terris, teste Luth. 1. 2. Witeb.

39. Quod verò regerunt similitudines, quibus pro-
bare non dubitant unionis hanc perpetuam legem non esse,
ut unita ubivis sint simul: certè, nisi vellent omninò Θεὸν
ἀσφουλάθειν, & si modo, similitudines illustrare, non fir-
miter probare, sibi in memoriam revocarent, eos illarum
puderet. Sunt enim illæ uniones, de quibus agunt, partim
essenciales, partim accidentales, & fiunt καὶ παράστασιν: hæc
verò unio, de quà disserimus, est personalis, & sit καὶ ἵπώ-
σαν.

620210.

πιστον. Mittimus hoc loco adversarios, progredientesq; ad
thesin sequentem, eandem his verbis subijcimus.

40. Quia adeo arctè conjunctionem naturarum,
euangelica nostra sententia constrinxit, ut, si naturæ opus
esset hoc mysterium, fieri non posset, quin naturæ unius in
alteram conversio aut mutatio intelligeretur; unionem
hanc haud absq; mutua *ὑπεχώρησις* & immeatione natura-
rum factam vel definiendam esse statuimus.

41. *Θεότης καὶ ἀνθρωπίνη* suppeditat i. hæc ratio. Cum
enim propositio nostra dicit, *Verbum caro factum est*, quid
aliud innuit, quam quod aut Christus Deus & homo, aut ho-
mo Deus, aut Deus homo sit? quas concretivas locutiones
sacræ pandectæ multis etiam alijs in locis confirmant, Matth.
16, 16. Marc. 14, 61 & 62. Jerem. 23, 6. Matth. 16, 13. Luc. 1, 35.
1. Tim. 3, 16. Johan. noster c. 5, 27. &c. Quibus pro naturarum
ἐν ἀλλήλοις ὑπεχώρησις ita licet colligere: Quæcunq; verè de
se invicem prædicantur, ea inter se re ipsa communicant. At
duæ naturæ in Christo de se verè prædicantur. E.

42. 2. Duæ naturæ in Christo de se invicem prædi-
cantur vel saltem secundum dici, vel secundum esse & reali-
ter. Non prius: *ἀθεόλογον* enim, *Verbum esse carnem* saltem
secundum dici E. verum erit posterius.

43. 3. Quicquid competit hypostasi, idem competit
substantiæ: Ratio: *Quia unaquæq; hypostaseων*, ut scribit Da-
masc. lib. 3. de orthod. fid. c. 16. *eiusdem speciei perfecta sub-
stantia est*. Jam *ἡ λέξις* hypostasi competit & realiter cum
assumpta humana natura communicari, idem igitur com-
petit *ἡ λέξις* substantiæ & naturæ.

44. Alteram *δοκίδαξιν* desumimus ex erudita vetusta-
te, quæ naturarum hanc *ἁνωστικῶν* tum clarissimis dictis, tum
emphatycis vocabulis expresserunt. Qualia legi possunt apud
Chemnit. lib. de D. N. c. 9. p. m. 108. Ueberiore hic demon-

stratione superfedemust ut & heterodoxorum longis largisq;
futelis, quibus illam impugnare satagunt: nunc ad disputa-
tionis membrum alterum accessum parantes.

MEMBRUM SECUNDUM.

45. His ita prælibatis operæ pretium haut dubiè fa-
ciemus, si eorum, quæ ex unione personali hac efflorescunt,
brevissimam instituerimus *Δείξιμεν*. Sont autem I. distin-
cti naturarum respectus. II. Prædicationes personales. III.
Communicatio idiomatum: sed de hac aliàs & alibi; de prio-
ribus breviter.

46. Primum consequens ἐνώσεως ὑποσείκης resultat
ex personæ unitate & naturarum illata integritate: Quod ta-
li thesi includimus: Quoniam caro Christi neq; est ἀνυπόσει-
τη, id est, omninò personalitate destituta, neq; ἰδιοσύσειτη,
vel ἰδιοὑπόσειτη, id est, propriâ, & peculiari subsistentiâ præ-
dita, neq; est ἑτέρα ὑπόστασις, id est, alia quædam singularis à
λόγῳ diversa persona; sed est ἐνυπόσειτη subsistentiam ha-
bens in persona λόγῳ, ὑποσέου ἐν τῷ λόγῳ in ipso verbo Dei
subsistens, duplex ejus oritur actus, respectus sive status: al-
ter naturalis, qui ab ἐσσία & essentia profectus, omni naturæ
humanæ cōmunis est: Unde axioma: *Quicquid est in homine
Christo, quod omnibus hominibus commune est, illud est natura
humana proprium & naturale.* Alter verò personalis fluit ex
modo ὑπόφξεως & subsistendi, quem caro Christi habet dif-
ferentem à subsistentia omnium reliquorum hominum. Ille
notat hominis Christi naturam, secundum quam suas essen-
tiales proprietates, sua essentialia principia, suamq; verita-
tem in omnibus sibi vindicat: hic innuit, quid humana na-
tura ex unione personali acceperit, & quomodo in illo μονο-
πρόσω & ἐξαιρέτω subsistendi modo sit affecta.

47. Ulus distinctionis jam confirmatæ in praxi eate-
nus

nis conspicitur, quatenus multa scriptura dicta ope illius
dextrè enodari & explicari possunt; Est enim ceu Clypeus
Achilleus, quo Antagonistarum evibrata jacula excipere &
viriliter avertere valeamus.

48. *Amidexis* hac esto; multa de humana Christi na-
tura dicuntur in sacris, quæ non sunt omnibus hominibus
communia, puta in persona *ἰσὺς* subsistere, adorari Phil. 2. 9.
vivificare Joan. 6. &c. Unde Damasc. lib. 3. c. 12. *quod hu-
manum est, secundum propriam naturam tale est; Dei vero &
divinum ineffabiliter & supra naturam.*

49. Deinde sublatà hac distinctione expediant sese
heterodoxi hac contradictione: *Caro Christi est inferior an-
gelis, & non est inferior angelis. Caro Christi est adoranda, ca-
ro Christi non est adoranda.*

50. Accedit: quemadmodum in qualibet substantia
est forma specifica, quæ dat *εἶδος*, & forma individualis, quæ
dat *ὑπόθεσιν* vel *τὴν ὑπόστασιν*; ita unicam quoq; habet formam
caro Christi specificam, quæ dat esse cum alijs hominibus
commune: ob hanc tamen non est forma *ὑπόθεσιν* & subsi-
stentiæ neganda, quam habet ex unione personali. Nam
alias non potest ostendi, quæ forma humana Christi natura
subsistat, cum ex natura sua nullà gaudeat personali subsi-
stentiâ.

51. Accingimur jam porrò ad alterum *ἐνώσεως* *ὑπο-
θέσεως* Confectarium, personales scilicet prædicationes.
Cum enim per unionem hæc persona, quæ naturaliter
propria est naturæ suæ divinæ, sit communicata naturæ hu-
manæ assumptæ: sic ut utraq; natura subsistat in hac una per-
sona, hinc locutiones istæ, quæ eam personæ communicatio-
nem denotant, dicuntur personales: non quod in ijs prædi-
cetur tota persona de persona, (quæ prædicatio foret iden-
tica) aut simpliciter natura de natura, (quæ confusio Euty-
chia-

chiana) aut de tota persona natura una, seu de individuo species, (quæ essentialis; sed concretum unius naturæ de concreto alterius ob arctissimam unionem.

52. Notatu verò dignum vinculum propositionis convertibilis: *Caro est λόγος*, ut & istarum Matth. 16, 16. Matth. 1, 23. Jer. 23, 5. non de τὸ εἶναι, essendo scil. sed τὸ ὑφίστασθαι subsistendo in persona λόγους esse intelligendum: Et hoc est quod vulgò dicitur: Caro est personaliter λόγος. sive per & propter unionem, quæ vox & Eutycheos refellit & Nestorianos: illos quidem confundentes utramq; naturam, hos divellentes personam.

53. Frustrà verò scholastici doctores in horum enuntiatorum ἀναλύσει & reductione ad prædicationes regulares sudarunt. quare candido pectore suscipimus & deosculamur Dn. Philippi Melanch. lib. 1. & 4. Dial. doctrinam, ubi vocat prædicationes inusitatas. Ut enim se res habet in esse, ita etiam in prædicari; Unio autem est planè singularis & inusitata, prædicationes ergo, quæ ex illa sequuntur, singulares quoq; & inusitatae erunt.

54. Nec ulla necessitate adducitur orthodoxa Ecclesia de synecdoche aliqua generis pro specie hic rhetoricari, vel propositiones identicas & regulares fingere; quod faciunt sacramentarij quidam.

55. Hypotheses eorum ita possunt contrahi 1. ὑπόθεσις Christi, quatenus talis, non habet rationem disparatorum, ideoq; λόγος & caro quatenus sunt una ὑπόθεσις in Christo, non sunt disparata. 2. quando homo de Deo vel Deus de homine dicitur, prædicatum semper est de essentia subjecti, divina enim & humana natura sunt essentia hujus personæ, ideo nihil hic est inusitatum. 3. Logica est instrumentum omnium disciplinarum, ideoq; λογική ad omnes scientias se extendit.

56. Re-

56. Respondemus ad 1. *Verbum & Caro in unitate* personæ quidem conveniunt, sed propterea disparata esse non desinunt, quamdiu enim essentialia naturarum discrimen manet, tamdiu manent *Verbum & Caro* disparata. Nam sicut multitudo personarum non constituit disparata, sed pluralitas substantiarum, ita unitas personæ non impedit, quò minus duæ naturæ in Christo maneant disparatæ.

57. Ad alterum responsio hæc est: Duplicem nostrates Theologi constituunt *ὑπόστασις* acceptionem: vel enim notat præcisè ipsam subsistentiam, quæ *πρῶτως ὑπόστασις* vocatur; vel subsistentiam unà cum rebus subsistentibus, sicuti patet ex his enunciationibus: duæ naturæ unitæ sunt in una persona Christi, & duæ naturæ nihil aliud sunt, quam persona, ubi in locutione priori persona indigitat *ὑπόστασιν*, ipsam subsistentiam, in posteriori *τὸ ὑφιστάμενον*, res subsistentes. Dicimus igitur prædicatum semper esse de essentia subjecti, si in subjecto totum *ὑφιστάμενον* intelligatur; In prædicationibus verò personalibus subjectum & prædicatum non esse totum *ὑφιστάμενον* (ita enim pars de toto, non disparatum de disparato prædicaretur) sed vel personam *λογῶ* simplicem, vel naturam humanam vocabulo concreto expressam, ut ita semper una natura de altera in concreto prædicetur.

58. Argumentum hujus assertionis derivatur ab origine prædicationum personalium: oriuntur autem ex Johannaica propositione: *λόγος factus est caro*. Nisi hæc præcessisset, nonquam dicere possemus, *Deus est homo, filius Dei est filius hominis* Matth. 16, 16. filius Mariæ est Immanuel Matth. 1, 23. &c. Ita arguo: Sicut subjectum & prædicatum accipiuntur in hac prædicatione: *Verbum caro factum est*, ita etiam sunt accipienda in prædicationibus personalibus. At in hac prædicatione, *Verbum factum est caro*, præ-

C

dica

dicatum & subjectum notant unam alteramve naturam. E.
Majorem inde elucescere dicimus, quod Deus non aliter sit
jam homo, quam prout factus est homo, & absurdum planè,
vocabulum λόγος aliter accipi, cum jam sit incarnatus; aliter,
cum cœperit incarnari: cum tamen unio talis, qualis semel
facta, semper permansit. Minor patet, quia non potest in hac
propositione: λόγος factus est caro, totum personale intelli-
gi, nisi totam personam factam esse totam personam ἀπρε-
πῶς asserere velimus.

59. Ad tertium hæc nostra sit responsio: Damus li-
benter, Logicam διδόμεθα ab omnibus disciplinis accipere,
sed ita, ut ad regulas suas datas prædicationes mensuret.
Quæcunq; jam prædicationes cum modis prædicandi Lo-
gicis non conveniunt, Logica à se removeret. Rectissimè itaq;
sentimus: Sicut de non ente Metaphysicus, & de vacuo do-
cet physicus, sic de enunciationibus inusitatis Logicus. Non
proponit ut usitatas, sed seponit ut irregulares. Tractat de
illis non ἡ Ἰησὺν, sed κατ' ἀνάγκην.

60. Ut autem summatim dicamus, propositiones
commemoratae, ut & aliæ ejusdem generis, non sunt *figura-
ta* aut *tropica*, quia ipsa ἐνώσις tropica non est: & prædicatio
sequi debet modum rei: non *accidentales*, quæ enim acci-
dentaliter prædicantur, illa quoq; accidentaliter connectun-
tur, quod asserere de λόγῳ & carne, ἑσθῆς, & antea contra-
rium est evictum. Non *synonymica*, quia λόγος & caro sunt
disparata, quæ non possunt de se invicem prædicari *συνώνι-
μως*, neutra enim natura est de alterius essentia. quod au-
tem prædicatur univocè, illud prædicatur essentialiter in
quid vel in quale quid, & est de essentia subjecti.

61. Restaret dispiciendum ultimum ἐνώσεως ὑποκει-
κῆς confectarium, κειωνία videlicet ἰδιωμάτων, quæ non
tempore, sed naturæ ordine posterior ex unione illa natu-
rarum

rarum inseparabili & realissima, tanquam causâ immediatâ
& necessariâ emergit. Sed thesium ratio brevitatem impe-
rat, & alibi hæc satis sunt declarata. Nos gratijs Deo pro
tanto suæ bonitatis thesauro nobiscum communicato actis
concludemus. Sit patri, filio & spiritui S. gloria in infinita
secula. Amen.



PRÆSTANTISSIMO

Dn. RESPONDENTI,
amico suo singulariter habendo.

O Deus in quæ nos servasti tempora!
quondam

Exclamans dixit vir pietatis amans:

Talia de nostro lachrymis quoq; dicier ævo

Posse, satis faciunt plurima prava fidem.

Cui non, in quantam cladem, quantamq; charybdin

Errorum inciderint tempora nostra, patet?

Scilicet in vasta Domini scapha fluctuat unda,

Volvitur hinc austris, volvitur inde notis.

Turba Sophistarum multum fraudisq; doliq;

Sedula pertexens, dogmata falsa serit,

Semina quæis VERBI perdat furialibus ausis,

Semina quæ multum commoditatis habent.

Mox

Mox ubi sunt secta veteres ex parte repressa
Missificumq; cohors, gens odiosa Deo:
Nunc alios Satanas hostes induxit in orbem
Conantes aliâ fallere fraude gregem.
Hinc quotquot CALVI CALVINI castra sequuntur,
Nectere sentimus non sine clade strophas:
Undiq; queis magnas experta Ecclesia turbas,
Manserit ut paucis (proh mala!) tuta locis.
Idcirco insignem laudem pietate meretur,
Quicumq; hereticas diluit arte strophas.
Hoc ut perficias dextrè, NICLAE laboras,
Sepositis falsis dogmata vera probans:
Codicis & clypeo gentis figmenta refutans,
Ausâ fuit textum quæ temerare sacrum.
Maçte age sic verum Christo duce & auspice Chri
Afferere, his studijs præmia digna feres. (St

av. ed. apposuit

M. MARTINUS BOLDUANUS
Stolp. Pom, S S. Theol. Stud.



56. Respondemus ad 1. *Verbum & Caro* personæ quidem conveniunt, sed propterea d non desinunt, quamdiu enim essentialia natura manet, tamdiu manent *Verbum & Caro* distincti sicut multitudo personarum non constituit pluralitas substantiarum, ita unitas personæ quod minus duæ naturæ in Christo maneant distinctæ.

57. Ad alterum responsio hæc est: Distinctes Theologi constituunt *ὑποστασις* accep enim notat præcisè ipsam subsistentiam, quæ *ὑποστασις* vocatur; vel subsistentiam unà cum rebus subsistenti sicuti patet ex his enunciationibus: duæ naturæ in una persona Christi, & duæ naturæ nihil aliud persona, ubi in locutione priori persona indiget ipsam subsistentiam, in posteriori *τὸ ὑφιστάμενον*, res. Dicimus igitur prædicatum semper esse dejecti, si in subjecto totum *ὑφιστάμενον* intelligat dicationibus verò personalibus subjectum & non esse totum *ὑφιστάμενον* (ita enim pars de distinctum de disparato prædicaretur) sed vel personam simplicem, vel naturam humanam vocabulo expressam, ut ita semper una natura de altera in distinctetur.

58. Argumentum hujus assertionis derivatur a prædicationibus personalium: oriuntur a hanc prædicationem: *λόγος factus est caro* præcessisset, nonquam dicere possemus, *Deus est filius Dei est filius hominis* Matth. 16, 16. filius Mariæ & Matth. 1, 23. &c. Ita arguo: Sicut subjectum accipiuntur in hac prædicatione: *Verbum est*, ita etiam sunt accipienda in prædicationibus. At in hac prædicatione, *Verbum factum*

C

